Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



cayn nocemma. Dixqꝫ lamech uxoribꝫ suis ade et selle audite uocem meam uxores lamech. ausculte sermonem meum. qꝫ occidi uirum in uulnus meu ⁊ adolescentulum in livorem meum. septuplum ultio dabitur de cayn. de lamech uero septuagies septies. Lectio secunda.

Cognouit adhuc adam uxorem suam ⁊ peperit filium ⁊ uocauit nomen eius seth dicens. Posuit in do semen aliud. pro abel quem occidit cayn. Sed et seth natus est filius quem uocauit enos. Hic est liber generationis adam. In die qua creauit ds hominem ad similitudinem dei fecit illum masculum et feminam creauit eos et benedixit eis. et uocauit nomen eorꝫ adam in die q̃ creati sunt. Vixit adam centum triginta annis. Lectio tercia.

Et genuit filium. ad ymaginem ⁊ similitudinem suam uocauitqꝫ nomen eius seth. ⁊ fuerunt dies adam postq̃ genuit filios et filias. Et factum est omne tempus qꝫ uixit adam nongenti triginta et mortuus est. ad vesp. capitulum

Benedictus deus et pr̃ domini. Ad mag. ant. Dixit pr̃ familias operariis suis qd hic statis tota die otiosi at illi respondentes dixerunt qꝫ nemo nos conduxit ite in uineam meam et qꝫ iustum fuerit dabo uobis. collecta.

Deus qui conspicis qꝫ ex nulla nra actione confidimus concede propicius ut contra aduersa omnia defensionis gentium protectione muniamur. Tulit dns ds hominem et posuit eum in paradysum voluptatis ut operaretur et custodiret illum. p̃ceptoqꝫ eis dicens. Ex omni ligno paradysi comede. de ligno autem scie boni ⁊ mali ne comedas. In quocumqꝫ enim die comedis ex eo morte morieris. Lectio

Dixit quoqꝫ dominus ds. Non est bonum esse ho